

W9
1868



F. K.





Y
 OFFICIVM
 GRATAE DEVOTAEQVE PIETATIS
 MEMORIAE
 CELSISSIMAE COMITIS AC DOMINAE
 DOMINAE
HENRIETTÆ ELEONORÆ
 S. R. I. COMITIS
 VIDVAE A **PROMNIZ**
 NATAE COMITIS
 AC DOMINAE IVNIORIS LINEAE
 R V T H E N A E
 DOMINAE PLAVIAE, DOMINAE GREIZAE
 CRANICHFELDAE, GERAE, SLEIZAE ET LOBEN-
 STEINII ET CET.
 IN AUDITORIO MAIORI
 LYCEI LVCCAVIENSIS
 A. D. VII. IDVS APRIL.
 CONSECRATIONE SCHOLASTICA
 PUBLICE PRAESTANDVM
 INDICIT
 ET
 MAECENATES PATRONOS AC LITERA-
 RVM FAVTORES
 AD AVDIENDAS DVAS ORATIONES PANEGYRICAS
 DEMISSE REVERENTER AC HVMANITER
 INVITAT
 GOTTLLOB HENRICVS SCHMERBAVCH R.

L V B E N A E
 IMPRESSVM APVD IO. MICHAEL DRIEMEL.



Q. D. B. V.



Inter Solemnes ritus ac lacrimas, quod ad Aeterni Prae-
potentisque Numinis valuit gloriam, iusta persoluta
sunt CELSISSIMAE COMITI AC DOMINAE,
DOMINAE HENRIETTÆ ELEONORÆ
S. R. I. COMITI VIDVÆ A PROMNIZ, NA-
TAE COMITI AC DOMINAE IVNIORIS LINEAE RV-
THENAE, DOMINAE PLAVIAE, DOMINAE GREIZAE,
CRANICHEFELDAE, GERAЕ, SLEIZAE ET LOBEN-
STEINII ET CET., monumentumque EI est statutum, quod piet-
tas consecravit, ut munus, cuius illa necessitatem OPTIMAE
NVRVI imposuit *), summa animi religione expleretur. Tantum
autem abest, ut omnia sint exsoluta, ut potius tantæ, tamque in-
signi EIVS virtuti memoria officium, nunquam finiendum, restet.
Præstabitur id, summa pietate, ab omnibus illis, qui istarum vir-
tutum per multos annos, & integri spectatores, & religiosi admira-
tores, fuerunt. Præstabitur id ab omnibus illis etiam, in quos BE-
IGNISSIMA illa COMES, singularia, per ultimæ voluntatis ta-
bulas beneficia voluit collata.

Est in his, quod Dei Immortalis est munus, Schola Luccavi-
ensis, quæ tanto maiori pietate Beatissimæ Comitis æterna, & nun-

(2

quam

*) CELSISSIMA COMES AC DOMINA, DOMINA VILEL-
MINA LVISA CONSTANTIA S. R. I. COMES VIDVA
A PROMNIZ NATA COMES AC DOMINA LIPIENSIAS,
DOMINA BISTERFELDAE, SCHWALENBERGAE ET
STERNBERGAE &c. Laudationes funebres cum Epicediis typis
exscribendas curavit. Inscrifitum istud volumen Samlung der Trauer-
Reden und Leichen-Gedichte womit das Gedächtniß von Wehland Ihro
Excellenz der Hochgeborenen Gräfin und Grauen Henrietten
Eleonoren vermöchtlichen Gräfin von Promniz geborenen Reußin n.
nach Dero am 7ien April 1760 erfolgten feligen Übergange aus der Zeitlich-
keit in die Ewigkeit noch julest am 1ten May d. a. in dem Gottes-Hause
zu Drehna öffentlich befeiert wurde denen unvergesslichen Denkmählern, wel-
che sich die Hochselige durch ihren Glauben und geheilige Liebe selbst errich-
tet hat an die Seite gesetzt. Halle in Fol.

quam satis laudanda beneficia colit, quanto intensius operat, ut summam
hanc munificentiam arnulum monumentis mandare possit, posteritati
que propagare. In quo autem eam aliquandiu tenuit dubitatio, istine
tantas laudes praedicanti se immiseret societati, an tacito cultu, qui BE-
ATISSIMAE COMITI vivæ in primis gratus fuit, summam istam in
se liberalitatem veneraretur.

Etenim hoc habent veri summi Numinis cultores, ut virtutem su-
am, in primis etiam liberalitatem, occultari malint, quam cognoscit,
propterea quod, que virtute coelesti adiuti peregerunt, ad ipsius Dei,
omnis boni Effectoris, gloriam esse transferenda, nihilque sibi, meritisque
que suis deberi, arbitrantur. Lubenti quidem animo aliorum virtutes
non minus vel conspicunt, vel legunt, quam illis oculos pascunt, su-
arum rāmen virtutum laudibus adeo non delectantur, ut etiam offendit
videantur.

Idem quo magis in insigni Celsissimae Comitis liberalitate est ani-
madversum, eo magis dubitanter ad insufitam istam munificentiam cele-
brandam Schola accedit, præfertim cum, se illis laudibus imparem omni-
no futuram, perspicit.

Verum unum est, quod, ut in pio proposito persistar, efficit, nem-
pe ipsum Deum Immortalem virtutem, ex mortalium oculis sublatam, in
illustri ponere monumento. Testis ejus rei est ipse Sacer codex, in quo
Sanctus Spiritus memoriam, Deo fidelium, curiole voluit adservarum.
Quod in primis est factum in Panegyrica Divi Pauli oratione, que omni-
um, vera in Deum fiducia præstantium, laudes connectit *). Salutarem
id Sanctus Spiritus facit in finem, ut illi, debitis ornati laudibus, immor-
talem inter mortales vitam incipiatur, & posteri, sub veris exemplis, quasi
a Magistris, rerum cœlestium peritis, edoceantur, qua via possint ad can-
dem, adversus Deum, pietatem eniti.

Opere pretium esse videtur, investigare, unde illud bona mentis
munus, quod, in præstanti virtute, omnes elogiorum honores recusat
proficiatur, quod ex eodem multo præclarius, que CELSISIMAE
COMITIS virtutes fuerint, perspiciemus.

Istud, quod diximus, bona mentis manus, a coelestiori auspicio
est reperendum, nempe a fiducia in Christo, ejusque promeritis, reposita.
Hæc enim quo præclarius illam, que inest in nobis, mali, contagionem,
in posteros sine exceptione propagatam, perspicit, eo magis, humanae
infirmitatis, nihil boni, sine divino auxilio efficere valentis, memor, in
omnibus, que meditatur, suscit, peragit, Deum auctorem agnoscit,

cui, (2)

* In epist. ad Ebr. c. XI.



cui, & initia, & incrementa, omnia, veri ac salutaris cultus divini accepta
refert. Producitur ista in piorum mentibus ab ipso Sancto Spiritu, qui,
verbo coelesti efficax, mentem ac voluntatem, ad agnoscendani atque ac-
cipiendam, quæ a Deo nobis offertur, gratiam, excitat atque impellit.
Hæc deinde orta, pendensque ex ope coelesti, fides, eis seaturgo, ex qua
omnes, Deo gratae, virtutes, pleno quasi alveo, promanant. Vi enim
fua, a Spiritu Sancto data, se movere, & sublime petit, divinisque, qui-
bus cuncta salutis nostra capita constant, promissionibus nititur. Est in-
star flammæ, objectæ caligini, resistentis. Etenim assidue in eo est occu-
pata, ut in dies majori perfectionum divinarum cognitione imbuatur, pro-
be intelligens, hoc in primis ad dignum, Deo, cultum prodefere, ani-
mumque ab omnibus perversis opinionibus avocare atque liberare. Inter
divinas autem istas perfectiones summam bonitatem & sapientiam contem-
platur, quas, quo plus cognoscit, eo vehementius Deum amore com-
pletebitur, quo ducta nihil magis operam dat, quam, ut ad legis divinae
prescriptum totam vitam componat. In infirmitatibus, quas in servandis
his legibus observat, Deum sancte invocat, & desideria rerum, ad salutem
per intentum, exponit, cum certissima spe auxili divinitus imperandi.
Porro cum nihil magis fidem possit augere & firmare, quam preces & in-
vocationes, certissimis divine voluntatis suffulta promissis, ipse Deus eam,
per adversa, quæ veris divini æternique Numinis cultoribus eveniunt, red-
dit ardentiorem.

Enimvero istud admirabile est in *exortu* salutis humanae Evangelica,
nihil magis ad felicitatem hominum Christianorum valere, quam varij ge-
neris calamitates. Videt itaque fides instantia pericula, sed, implorans
divinum auxilium, spem non abiicit, e malis feliciter emergendi. Videt enim
Christum omni rerum discrimine longe potentiores. Videt inter
ipsa adversa fiduciam, in Christo ejusque promeritis fixam, reddi firmio-
rem, ea de causa, in ipsis calamitatibus, divinam bonitatem admiratur,
summisque illam laudibus extollit. Sic integratatis sua fides, non in fecun-
dis magis, quam in adversis rebus, specimen edit. Hac porro mentem,
quam, nullo non tempore, rerum cogitatione æternarum pascit, cum Deo
coniungit. Ex quo fit, ut, vera fide Deo adhaerentes, inter ardua cura-
rum perpetuo habeant castum sincerumque divini nominis cultum. Agunt
quidem vitam in terris, assidue tamen ad coelestia illa & eterna adspirant.
Fruuntur sapienter humanis, ita, ut fortuna muneribus, benefica manu,
utantur. Nihil ea de causa ipsis gratius evenire potest, quam si opes in pau-
perum eleemosynas distribuere, illorumque egestati non minus libenter,
quam liberaliter possint subvenire. Hanc, ex sincera fide manantem, mu-
nificentiam exercentes, quo minus inter mortales volunt laudari, eo magis

AK 5.9.2 be. folio 51 (ipse

ipse Deus Immortalis eos, inter mortales &que perpetua gloria, ac in die illo decretorio, encomiis ornatos, aeterna felicitate remunerabitur.

Nemini alienum videatur, nos in consecranda DIVAE COMITIS memoria, contra Seculi rationem, de sincera illa ac perseveranti fide, omnium verarum virtutum seaturigine, verba facere. Id erat agendum, ut BEATISSIMIS MANIBVS nostrum, gratae devoteaque pieatis, officium haut displiceret. Quid itaque accommodatius, ad id obtinendum esse poterat, quam de ista re differere, qua sola per totam vitam CELSIS-SIMA COMES fuit delectata. Legimus in isto, cuius supra mentionem fecimus, monumento multa, quae BEATISSIMA COMES IPSA memoria ac literis prodidit, in primis illud *): „SE iam, octavum aetatis annum agentem, divino beneficio, ad amplectendum, vera fiducia, „humanae salutis Statorem esse perducam. Ab hoc tempore SE assiduis, „per omnem vitam, precibus Deum invocassem, ut in dies majori fide Christi innocentiam apprehenderet, illamque arduus completeretur. Annus iste Deum, omnis salutaris fidei largitorem, votis, SEque divinum illud „beneficium aeternis laudibus esse decantaturam.“ His igitur permoti, de fide quedam in medium proclimus, ut eo magis appareret, ex quo fonte tam insitata, & gloriose BEATISSIMAE COMITIS virtutes promanarent. In his principem sine dubio obtinet locum, perpetua illa cupiditas omnes bonos non modo fide, & humanitate complectendi, sed etiam beneficentia, qua virtute sua propriaque uecubatur, expectationem pertinentium aut vincens, aut preoccupans. Ad EAM itaque confugiebant, quotquot fortuna offensi, aerumnisque pressi, openi atque subsidium petebant, quos vel sustentavit, vel plures, pluribus in locis, pecunias erogavit. Insignis igitur est numerus, uno ore fatentium, & celebrantium beneficia, exspolatione maiora.

Memoranda hac prout per omnem vitam usi est liberalitate, ita in ultime voluntatis tabulis artes liberales ea munificentia est prosecuta, ut fructus uberrimi, gloriam Numinis aeterni inter mortales amplificantes, cum utilitate summa ipsius reipublicae, ad posteros quoque & ad omnem aetatem propagantur. Noverat BEATISSIMA COMES, CELSSI-MOS MAIORES in optimarum artium commoda magnas opes, cum immortali RVTHENICI NOMINIS fama, prodegit **). Noverat CELSSIMI COMITIS HENRICI, Iunioris iuxta ac Senioris RVTHENI, cognomento POSTVMI in delicias suas (sic appellabat Gymnasium Geta-num) munificentiam ***). Sic SVO quoque, BENIGNISSIMA CO-

*) l. c. p. 72.

**) JO. FRID. KOEBERI Progr. quod illustres Comites Rutenici vere sint
Mæcenates. Gera 1690.

***) CONF. M. JO. CASPAR ZOPFENS Gräf. Neiß-Plauischen Hoff-Predigers in
Gera

MES, exemplo, esse RVTHENICAM DOMVM, velut munificentie
in artes liberales officinam, voluit confirmare.

Quod itaque nulla memoria sileat, quod nulla obliviscatur posteritas, CELSISSIMA COMES HENRIETTA ELEONORA, inter bellum calamitatem respicit Musas nostras, & quatuor millia nummorum uncialium, ita legat testamento, ut ab ILLVSTRISSIMIS, PERILLVSTIBVS ac SPLENDIDISSIMIS Lusatiae Inferioris ORDINIBVS, ex usuris, Equestris ordinis Iuveni, literarum studiis dedito C. civilis ordinis XXX, egenitibus Schole Luccaviensis Alumnis XXV. Rectori ejus Schole XXV. Conrectori XX unciales nummi singulis annis distribuantur. Devotissima pietas exigit, ut ipsas tabulas, quibus ultima voluntatis sanctitas est declarata, adiiciamus:

§. VI.

Serordne ich, daß Vier tausend Reichs-Thaler Zinsbar an das Land, als ein beständig daselbst verbleibendes Capital gegeben werden sollen, wobei die Herren Stände angelegentlich ersuchen werden, die davon an Zwey hundert Reichs-Thalern fallende jährliche Interessen folgendermassen auszahlen zu lassen, nehmlich:

- a.) Ein hundert Reichs-Thaler, als ein jährlich Stipendium vor bedürftige und denen Studiis behörig obliegende von Adel, und zwar zu der Zeit, wenn einer auf Universitäten zu gehen, im Begriff ist, auch bey dem sonst gewöhnlichen Examine wohl bestanden hat: Welches Stipendium er denn, wenn er auf Universitäten behörigen Fleiß anwendet, und eine gesittete Lebens-Art führet Drey bis Vier Jahr geniessen soll. Wobei denen Herren Standen frey gelassen wird, wenn ihnen dieser Zeit sich ein ander Subiectum findet, so dieser Beihilfe in dem nehmlichen Fall benötigt ist, ihm solche nach Gutbefinden bey einem zufügenden Engagement annoch einige Zeit zureichen.
- b.) Dreysig Reichs-Thaler zu einen bürgerlichen Stipendio unter obigen Bedingungen.
- c.) Fünf und Zwanzig Reichs-Thaler jährlich zur Beihilfe vor arme Schiller an das Convictorium nach Luckau, worüber der jedesmahlige Recto Quittung auszustellen und wie dieses Geld distribuiret werden, bei dem Lande anzugezen hat.
- d.) Fünf und Zwanzig Reichs-Thaler vor dem Rectorem in Luckau und
- e.) Zwanzig Reichs-Thaler vor den Conrectorem daselbst beyden althärlich.

Da

Gera Reuß. Gerausche Stadt und Land Chronicam. Cap. XIII. & GODOFREDI LVDOVICI Historiam Rectorum & Gymnasiorum Scholarumque celebriorum. P. III. p. 296. sqq. qui glorioissimum CELSISSIMI COMITIS in rem Scholasticam liberalitatem uberior est persecutus.

Da nun diese beyde letztern Posten in der Absicht, als eine Zubuße dieser beiden Praeceptoren Gehalts ausgesetzt sind, damit allemahl geschickte und fleißige Leute nach Luckau gezogen werden mögen; so gehet auch mein Wille dahin, daß E. E. Rath der Besiegung dieser Vacantien allezeit mit denen Herrn Land-Ständen communiciren, in Unterbleibumas-Fall diesen aber freien seien solle, nach eigenen Ermessungen und Gutachten, zum besten armer studirender jungen Leuthe, zu disponiren.

Ob ich nun

§. VII.

Zwar keinen Zweifel trage, daß meine herzlich geliebteste Universal Erbin, meinen Willen in allen Stücken erfüllen werde; so finde dennoch vor nothig, annoch hierbei ausdrücklich zu disponiren, daß falls auch Gott über sie gebieten sollte, welches der Allerhöchste doch viel und lange Jahre hinaus seien wolse, deren Erben und Erbneben gehalten seyn sollen, obgemelde Legata auf das sorgsamst zuverrichtigen und so lange solches nicht geschehen, alle erforderliche, denen Rechten gemäße Versicherung zu erhalten &c. &c.

Zu Urkunde habe ich diese Disposition ausgefertigt, auf allen Blättern unterschrieben und am Ende besiegt. So geschen Drehna den 28ten Juli 1761.

(L.S.) Dieses ist mein letzter Wille

Henriette Eleonore verwitwete
Gräfin von Promnitz, gebohrne
Gräfin Reuß von Plauen.

Quod autem ad illud, Equestris Ordinis Iuveni attributum, annum beneficium, spectat, BEATISSIMA COMES scheda, testamento adiecta, cavit atque sancit, ut ILLVSTRISSIMI, PERILLVSTRS ac SPLENDIDISSIMI ORDINES, si quis ex PERILLVSTRIS ac GENEROSISSIMI DOMINI, DOMINI CAROLI SIGISMUNDI A ZESCHAV Dynastie clientele Garrenchen, Potentissimi Poloniarum Regis ac Sereniss Saxonii Principis Electoris in Sacra Inferioris Lufatiae Curia Consiliarii, & Provincie Luccaviensis Senioris, posteris inter competitores sit, apud hunc potissimum illud beneficium velint collocatum. Docent id literæ sequentes, quas integras addemus:

Beylaß-Zettul.

zu meinem sub dato Drehna, den 28ten Julij 1761.
errichteten Testamente

Da ich in meinem Testamente ein Capital à 4000 Reichs-Thaler, schreibe
Bier tausend Reichs-Thaler legiert habe, wovon die jährlichen Interessen zum Behuff adelicher und bürgerlicher Studirender Niederlausitzer Landes Kinder, auch zum Nutzen der Luckauschen Schule vortheilhaft angewendet werden sollen; so bleibt es zwar bei all dem, was ich in gedachten meinen letzten Willen in Ansehen dieser Stipendiiorum festgesetzt, und geordnet habe: Es ist jedennoch hierben mein ausdrücklicher Wille dieser, daß, so osts sich unter denen Competenten bei dem adelichen Stipendio ein junger von ZESCHAV befindet, der von dem jetztlebenden Herrn Lands

Etc.

Ehesten des Luckauischen Kreises Herrn Carl Siegmund von Zeschau auf Garrenchen ein Verwandter ist, in der absteigenden linie, solcher allmählich gedachtes Stipendium vor andern vorzüglich geniesen solle.

Zu mehrer Urkund dessen ich diesen Bey-Zettel mit Bendrückung meines Persönths durch eigenhändige Unterschrift bestärket, und meinem Testamente beugesegnet habe. So geschehen Drehna den 27en Juliij 1761.

(L.S.) Henriette Eleonore verwitwete Gräfin von Promnitz gebohne Gräfin Reuß von Plauen.

Hæ sunt tabulae sincerae fidei, sanctitatis ac munificentie CELSIS-SIMAE COMITIS, HENRIETTAE ELEONORÆ, testes integerimæ, quas religiosissime divulgamus, & diligentissime celebramus. Non ignoramus quidem, INCOMPARABILE illud MATRONARVM DECVS, quod ad amplificandam Dei majestatem cuncta retulit, hanc qualemque laudis nostræ fructum minime spectasse aut quælibet, præfertim cum in permag-nis, quæ in Scholam Viva contulit, beneficiis voluerit occultari. Verum, BEATISSIMI MANES, Muis nostris velim ignoscatis, quod voce liberori, que senserunt pridem, libere effundunt, & aeterna hec beneficia æternæ memorie ac litoris produnt. Ignoscatis potro, quod hic VII. Idvs APRIL dies VOBIS est consecratus. Fefutum eum Successores nostri, singulis annis ecclæstis beneficij memoriam renovantes, agant, & in futura Scula propagent.

Quod itaque religio postulat, gratique animi officium, Musæ nostræ, primo, VII. Idus April, quem BEATISSIMA COMES habuit emortualem, festo ritu celebrabunt, ILLVSTRISSIMAMQUE MATRONAM immortalitati, memorieque perennanti, rite & more maiorum consecrabunt. Fiet id duabus orationibus, in quarum altera, hoc anniversario Sacro, BEATISSIMAE COMITIS vitam, summasque virtutes, in primis insignem illam, in Scholam nostram, munificantiam ego in publicum proferam, eoque proferendo, gratum, adversus BEATOS CELSISIMAE COMITIS MANES, animum pio cultu declarabo. In altera autem Perquam Generosus Iuvenis

IO. GVLIELMVS SIGISMVNDA ZESCHAV
EQVES INFER. LVSATIAE.

gratissimam significaturus mentem, BEATISSIMAM COMITEM ab omnibus iis, fuisse instruam, quæ nominis immortalitatem dignunt, & omnia Secula superant, demonstrabit.

Intelligitis facile, MAECENATES PATRONI ac Literarum nostrarum FAUTORES, æquum esse, nostram pietatem quam plurimos testes habere. Reverenter itaque ac perofficiose a Vobis petimus atque contendimus, ut perendino, emortuali CELSISIMAE COMITIS die, per honorifica VESTRA præfentia hanc Scholasticam consecrationem redditis solemniorem; Vota pro CELSISIMIS PROMNITIIS, RVTHENIS, & LIPPIENSIBVS DOMIBVS, nobiscam nuncupetis, divinumque illud in Scholam nostram beneficium concelebreatis. P. P. LVCCAVIAE IN LVSATIS Fer. III. anniversario Pa-

schatos Sacro Anno reparare per Christum

Gratiae ab lo cc LXIII.



W18







OFFICIVM
 GRATAE DEVOTAEQVE PIETATIS
 MEMORIAE
 CELSISSIMAE COMITIS AC DOMINAE
 DOMINAE
HENRIETTÆ ELEONORÆ
 S. R. I. COMITIS
 VIDVAE A **PROMNIZ**
 NATAE COMITIS
 AC DOMINAE IVNIORIS LINEAE
 RVTHENAE
 DOMINAE PLAVIAE, DOMINAE GREIZAE
 CRANICHFELDAE, GERAE, SLEIZAE ET LOBEN-
 STEINII ET CET.
 IN AVDITORIO MAIORI
 LYCEI LVCCAVIENSIS
 A. D. VII. IDVS APRIL.
 CONSECRATIONE SCHOLASTICA
 PVBLICE PRAESTANDVM
 INDICIT
 ET
MAECENATES PATRONOS AC LITERA-
RVM FAVTORES
 DVAS ORATIONES PANEGYRICAS
 VERENTER AC HUMANITER

INVITAT
ENRICVS SCHMERBAVCH R.

LVBENAE
APVD IO. MICHAEL DRIEMEL.

